

II e

132^{et}

Philol.

R
1777

Bl. 132^a

Q. Horatij Flacci epistolarę libri duo.

VITI VVERLERİ, IN, EPISTOLAS.
HORATII, EPIGRAMMA,

HORATIVS, LOQVITVR,

Vt titulus monstrat deductis arte figuris
Qua nulla in toto clarior orbe viget
Flaccus sum - patrio qui de cognomine primus
Narratur Lyricos, concinuisse, modos
Fonsitan horridulus fuerā - mendosus & asper
Nec poterant seriem, quęq; tenere, suam
Iam nouus & nitida videor cute, pellere cunctas
Namq; dedit labes officiosa manus
Q' si nosse cupis - quę sit via proxima laudi
Vnde homines famā, nomen, & astra petāt
Ardua quid virtus - quid mollis inertia suadet
Me lege, tunc votis. mox potiere, tuis

Tenundan̄ Lypsi apud Melchia
rem Lottherum in regione foeni.

Be. 132-



Epistolarum Horatij,

LIBER PRIMVS, EPISTOLARVM, Horatij
AD MOECENATEM,

P Ria dicte mihi summa dicende camena
Spectatū satis & donatū iam rude-qr̄s

Mēcenas iterum antiquo me includere ludo,

Non eadem est ætas - non mens, Veianius armis,

Herculis ad postem fixis - latet abditus agro,

Ne populum extrema toties exoret harena,

Est mihi purgatā crebro qui personet aurem

Solue senescentem mature sanus equum, ne

Peccet ad extremū ridendus - & ilia ducat,

Nunc itaq̄ & versus - & cetera ludicra pono,

Quid verq̄ atq̄ decēs curo - & rogo - & oīs i hoc sumi

Condo & compono quā mox de promere possim.

Acne forte roges quo me duce - quo lare - tuter,

Nullius addictus jurare in verba magistri,

Quo me cunq̄ rapit tempestas deferor hospes,

Nunc agilis fio - & mersor ciuilibus vndis -

Virtutis verē custos - rigidusq̄ fatelles

Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor,

Et mihi res - non me rebus - submittere conor,

A ij

4-IIA

6127

i52796619

Liber Primus,

Vrnox longa quibus mentitur amica , diesq;
Longa videtur opus debentibus , ut piger annus
Pupillis quos dura premit custodia matrum ,
Sic mihi tarda fluunt ingrataq; tempora , que spem
Consiliumq; morantur agendi gnauiter , id quod
Aequa pauperibus prodest locupletibus aequa
Aequa neglectum pueris senibusq; nocebit ,
Restat ut his ego me ipse regam solerq; elementis
Non possis oculo quantū contendere Lynceus
Non tamen iccirco contemnas lippus inungi ,
Nec quia desperes inuicti membra Gliconis
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra ,
Est quodam prodire genus si non datur vltra ,
Feruet auaritia miseracq; cupidine pectus
Sunt verba & voces quibus hunc lenire dolorem
Possis , & magnam morbi deponere partem ,
Lauidis amore tumes , sunt certa piacula que te
Ter pure lecto poterunt recreare libello
Inuidus , ifacundus , iners vinclius , amator ,
Nemo adeo ferus est ut non mitescere possit
Si modo culturæ patientem commonet aurem ,

Epistolarum Horatii,

Virtus est vitium fugere , & sapientia prima
Stulticia caruisse , vides , quæ maxima credis
Esse mala , exiguum censem , turpemq; repulsam ,
Quanto deuites animi , capitisp; labore ?
Impiger extremos curris mercator ad Indos
Per mare , pauperiem fugiens , persaxa per ignes ,
Ne cures ea que stulte miraris & optas ,
Discere & audire & meliori credere non vis ,
Quis circu pagos , & circu compita pugnax
Magna coronari contemnat olimpia - cui spes -
Cui sit conditio dulcis sine puluere palme ?
Vilius argentum est auro , virtutibus aurum ,
O ciues ciues quærenda pecunia primu est ,
Virtus post nūmos - haec Janus summus ab imo
Perdocet , haec recinunt iuuenes dictata senesq;
Læuo suspensi loculos tabulamq; lacerto ,
Si quadringentis sex septem milia desunt ,
Est animus tibi sunt mores & lingua fidesq;
Plebs eris , at pueri ludentes rex eris aiunt
Si recte facies hic murus æneus esto
Nil conscre sibi nulla pallescere culpa ,

LIBER PRIMVS,

Roscia dic sodes melior lex, an puerorum
Nenia, quæ regnum recte facientibus offert?
Et maribus Curijs & decantata Camillis?
Is ne tibi melius suadet, qui rem facias, rem
Si possis recte, si non, quocunq; modo rem
Ut proprius spectes lachrymosa poemata Puppi.
An qui fortunæ te responsare superbæ
Liberum & erectum præsens hortatur & optat?
Quæ si me populus Romanus forte roget, cur
Non ut porticibus sic iudicij fruar ijsdem,
Nec sequar, aut fugiam, quæ diligit ipse, vel odit.
Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Respondit referam, quia me vestigia terrent
Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum,
Belua multorum es capitū, nam qd sequar, aut quē?
Parshominum gestit cōducere publica, sunt qui
Frustis & pomis viduas venentur auaras,
Excipiuntq; senes - quos in viuaria mittant,
Multis occulto crescit res scenore, verum
Esto alijs alios rebus studijsq; teneri,
Iidem eadem possunt horam durare probantes?

Epistolarum Horatij,

Nullus in orbe sinus Baijs prælucet amœns
Si dixit diues, lacus & mare sentit amorem
Festinant is heri, cui si vitiosa libido
Fecerit auspicium, cras ferramenta Theanum
Tolletis fabri, lectus genialis in aula est,
Nil ait esse prius, melius nil celibe vita,
Si non est, iurat bene solis esse maritis,
Quo teneam vultus mutantem Prothea nodo?
Quid pauper? ride, mutat cœnacula, lectos,
Balnea, tonsores, conducto nauigio æque
Nauseat ac locuples - quem dicit priua triremis,
Si curatus inæquali tonsore capillos
Occurri - rides, si forte subucula pexę
Trita subest tunicae - vel si togadissidet impar.
Rides, quid mea cum pugnat sententia secum?
Quod petijt spernit, repetit quod nuper omisit,
Aestuat, & vītē disconuenit ordine toto,
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis,
Insanire putas sollennia me, necq; rides,
Nec medici credis - nec curatoris egere
A prætore dati, rerum tutela mearum

Liber Primus,

Cum sis, & prae sectum stomacheris ob vnguem
De te pendentis - te respicientis amici,
Ad summā sapiens vno minor est Ioue - diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex deniq̄ regum,
Præcipue sanus - nisi cū pituita molesta est,

AD MAXIMVM, LOLIUM,

t Roiani belli scriptorē Maxime Lolli
Dū tu declamas Romæ, Præneste relegi
Qui qd sit pulchrum, qd turpe, qd vtile, qd non,
Planius ac melius Chrisippo ac Crantore dicit,
Cur ita crediderim, nisi quid te detinet - audi,
Fabula, qua Paridis propter narratur amorem
Græcia barbarie lento collisa duello,
Stultorum regum, & populorum continet æstus,
Antenor censem bellī præcidere causam,
Quid Paris: vt solus regnet, viuatq̄ beatus -
Cogi posse negat, Nestor cōponere lites
Inter Peliden festinat & inter Atriden,
Hunc amor, ira quidem cōmuniter vrit vtruncq̄,
Quicquid delirant reges - plectuntur Achiui
Seditione, dolis, scelere, atq̄ libidine, & ira,

Epistolarum Horatij,

Illi cos intra muros peccatur & extra,
Rursus quid virtus - & quid sapientia possit
Vtile proposuit nobis exemplar Vlyssem -
Qui domitor Troiæ, multorum prouidus vrbes
Et mores hominū inspexit, latumq̄ per e quor
Dum sibi dum socijs redditū parat, aspera multa
Pertulit aduersis rerum immersabilis vndis,
Sirenum voces & Circes pocula nosti,
Quę si cum socijs stultusq̄ auditusq̄ bibisset,
Sub domina meretrice fuisset turpis et excors,
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus
Nos numerus sumus - & fruges consumere nati
Sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoi& ,
In cute curanda plus æquo operata iuuentus
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, &
Ad strepitum cithare cessantum ducere curam,
Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones,
Vt te ipsum serues non expurgiseris - atqui
Si nolis sanus cures hydropicus, & ni
Posces ante diem librum cum lumine, si non
Intendes animum studijs & rebus honestis,

Liber Primus,

Inuidia vel amore vigil torquebere, nam cur
Quæ lœdunt oculos festinas demere? si quod
Est animū differs curandi tempus in annum?
Dimidium facti qui cœpit habet, sapere aude,
Incipe viuendi qui recte prorogat annum
Rusticus expectat dum defluat amnis, at ille
Labitur & labetur in omne volubilis ænum.
Queritur argentum, puerisq; beata creandis
Vxor, & incultæ pacantur vomere syluae,
Quod satis est cui contingit, nil amplius optet,
Non domus & fundus, non ærisaceruus & aurum
Aegrotodominidduxit corpore febres,
Non animo curas, valeat possessor oportet
Si comportatis rebus bene cogitat vti,
Qui cupit aut metuit, iuuat illum sic domus aut res
Ut lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram,
Auriculas citharæ collecta sorde dolentes,
Sincerum est nisi vas quodcunq; infundis aescit,
Sperne voluptates, nocet tempta dolore voluptas,
Semper auarus eget certum voto pete finem,
Inuidus alterius rebus marcessit opimis.

Epistolarum Horati,

Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum, qui non moderabitur iræ,
Infectum volet esse dolor quod suaserit & mens,
Dum poenas odio per vim festinat inulto,
Ira furor breuis est, animū rege, qui nisi paret
Imperat, hunc frenis hunc tu compescet cathena,
Fingit equum tenera docilem ceruice magister
Ire viam quam monstrat eques, venaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
Militat in syluis catulus, nunc adibibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer,
Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu, q; si cessas aut strenuus anteis,
Nec tardum opperior, nec precedentibus insto.

AD IVLIVM FLORVM,

i Vli Flore quibus terraq; militet oris
Claudi⁹ Augusti priuign⁹ scire labore,
Thracane vos Hebrusq; niuali cōpede vinctus
An freta vicinas inter currentia turres,
An pingues Asiae campi collesq; morentur,
Quid studiosa cohors operq; struit, hæc quoq; curo

Liber Primus;

Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit,
Bella quis & paces longum diffudit in ænum
Quid Titius Romana breui venturus in ora
Pindaric fontis qui non expalluit haustus
Fastidire lacus, & riuos ausus apertos,
Vt valet, vt meminit nostri, fidibus ne Latinis
Thebanos aptare modos studet auspice musa?
An Tragica desævit & ampullatur in arte,
Quid mihi Celsus agit, monit⁹ multūq⁹ monend⁹?
Priuatas vt quærat opes, & tangere vitet
Scripta Palatinus quæcunq⁹ recepit Apollo,
Ne si forte suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus, ipse quid audes
Quæ circū volitas agilis thyma, non tibi paruum
Ingenium - non incultū est, nec turpiter hirtum
Seu linguam causis acuis, seu ciuica iura
Respondere paras, seu condisamabile carmen.
Prima vides hederæ victricis præmia, q⁹ si
Frigida curarum fomenta relinquere posses.
Quo te cælestis sapientia duceret - ires,

Epistolarum Horatij,

Hocopus hoc studiū parui properemus & ampli
Si patria volumus, si nobis viuere charī,
Debes hoc etiam inscribere, si tibi curæ
Quantæ conueniat Numatius, an male sarta
Gratia ne quicq⁹ coit, & rescinditur, at vos
Seu calidus sanguis, seu rerum inscitia vexat
Indomita ceruice feros. vbiq⁹ locorum
Viuitis, indigni fraternum rumpere fœdus.
Pascitur in vestrum redditum votiva iuuenga,

AD ALBINVM AMICVM SVVM

a Lbi nostrorū sermonum candide iudes

Quid nūc te dicā facere in regiōe Pedana
Scribere quod Crassi Parmensis opuscula vincat?
An tacitum sylvas inter reptare salubres
Curantē quicquid dignum sapiente bonaq⁹ est?
Nō tu corpus eras sine pectore, dī tibi formam,
Dī tibi diuitias dederant, artemq⁹ fruendi,
Quid voueat dulci nutritula maius alumno
Qm̄ sapere, & fari possit quæ sentiat, & cui
Gratia, fama, valetudo contingat abunde,
Et mundus vīctus non deficiente crumena,

B

Liber Primus,

Inter spem, curamq; timores, inter & iras,
Omnem crede diem tibi deluxisse supremū,
Grata superueniet quæ non sperabitur hora,
Me pinguem & nitidum bene curata cute vīses
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum,

AD TORQVATVM.

s Ipotes Archaicis cōiuia recūbere lectis
Nec modica cōnare ties ol' offie patella
Supremo te sole domi Torquate manebo,
Vina bibes iterū Tauro diffusa, palustres
Inter Minturnas Sinuēsanumq; petrinum
Si melius quid habes arcesse, vel imperium fer,
Iamdudum splendet focus & tibi munda supellex,
Mitte leues spes & certamina diuitiarum,
Et Moschi causam, cras nato Cæsare festus
Dat veniam somnumq; dies, impune licebit
Aestuām sermone benigno extendere noctem,
Quo mihi fortuna si non conceditur vti?
Parcus ob herēdis curam nimiumq; seuerus
Assidet insano, potare & spargere flores
Incipiam, patiarq; vel inconsultu haberī,

Epistolarum Horatij,

Quid non ebrietas designat? operta recludit,
Spes iubet esse ratas, ad prælia trudit iner mem,
Solllicitis animis onus eximit, ac docet artes,
Fœcundi calices quem non fecere disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?
Hæc ego procurare & idoneus imperor & non
Inuitus, ne turpe toral, ne sordida mappa
Corruget nares, necnon & cantarus & lanx
Ostendat tibi te, ne fidos inter amicos
Sit qui dicta foras eliminet, vt coeat par
Iungaturq; pari Brutam tibi Septimiumq;
Et nisi cœna prior potiorq; puella Sabinum
Detinet, ad summam locus est & pluribus vmbbris,
Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ,
Tu quotus esse velis rescribe, & rebus omissis
Atria seruantem postico falle clientem,

Ad NVMICIVM,

n Il admirari prope res est vna Numici
Solaq; quæ possit facere & seruare beatū
Hunc solem & stellas & decadentia certis
Tempora momentis, sunt qui formidine nulla
B ij

Liber Primus,

Imbuti spectent, quid censes munera terræ,
Quid maris extremos Arabas ditantis & Indos?
Ludicra, quid plausus, & amici dona quiritis?
Quo spectanda mō, quo sensu credis, & ore?
Qui timet aduersa, fere miratur eodem
Quo cupiens pacto, pauor vtrobiq; molestus,
Improuisa simul species exterret vtruncq;
Gaudeat an doleat, cupiat, metuatur, quid ad rē?
Si quicquid vidit melius, peiusue sua spe,
Defixis oculis animoq; et corpore torpet,
Insani sapiens nomen ferat, æquus iniqui
Ultra q; satis est virtutem si petat ipsam
In unc argentū, & marmor vetus, æraq; & artes
Suspice, cū gemmis Tyrios mirare colores,
Gaude q; spectant oculi te mille loquentem,
Gnauus mane forū & vespertinus pete tectum,
Ne plus frumenti dotalibus emerat agris
Mutius, indignū q; sit peioribus ortus,
Hic tibi sit potius q; tu mirabilis illi,
Quicquid sub terra est in apricum proferet aetas,
Defodiet, condetq; nitentia, cum bene notum

Epistolarum Horatij,

Porticus Agrippę - & via te conspexerit Appi,
Ire tamen restat Numa quo deuenit & Ancus,
Si latus aut renes morbo tentantur acuto
Quære fugam morbi, vis recte viuere? quis non?
Si virtus hoc vna potest dare - fortis omisſis:
Hoc age delitij, virtutem verba putas, vt
Lucum ligna, caue ne portus occupet alter,
Ne Cybiratica ne Bythina negotia perdas
Mille talenta rotundentur, totidem altera porro,
Tertia succendant, & quæ pars quadret aceruum,
Scilicet vxorem cum dote fidemq; & amicos,
Et genus, & forinam, regina pecunia donat,
Ac bene nummatum decorat Suadela Venusq;,
Mancipijs locuples eget æris Capadocum rex,
Ne fueris hic tu - chlamidas Lucullus, vt aiunt,
Si posset centum scænæ præbere rogatus,
Qui possum tot: ait, tñ & quæram & qt habebo
Mittam, post paulo scribit sibi milia quinq;
Esse domi chlamidum, partem, vel tolleret omnes,
Exilis domus est - vbi non & multa supersunt,
Et dominum fallunt, & prosunt furibus, ergo
B ij

Liber Primus,

Si res sola potest facere & seruare beatum,
Hoc primis repetas opus-hoc postremus omittas
Si fortunatum species & gratia præstat,
Mercemur seruum qui dicit nomina, sequum
Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextram
Porrigere-hic multum in Fabia valet, ille Velina,
Cuilibet hic fasces dabit, eripietq; curule
Cui volet importunus ebur, frater, pater adde
Ut cuiq; est etas, ita quēq; facetus adopta,
Si bene qui coenat bene viuit-lucet, eamus
Quo dicit gula, piscemur, venemur-vt olim
Gargilius qui mane plagas, venabula, seruos,
Differtum transire forum, populumq; iubebat.
Vnus vte multis populo spectante referret
Emptum mulus aprum-crudi tumidiq; lauemur.
Quid deceat, quid non, oblieti, Cerite cera
Digni-remigium vitiosum Ithacensis Vlixei-
Cui potior patria fuit interdicta voluptas,
Sic (Myrnernus vti censem) sine amore iocisq;
Nil est iucundum, viuas in amore iocisq;
Viue, vale, si quid nouisti rectius istis

Epistolarum Horatii,
Candidus impari, si non, his vtere mecum
AD MOECENATEM,

q Vinç dies tibi pollicitus me rure futur
Sextilem totum mendax defyderor, atq;
Si me viuere vis-recteq; videre valentem
Qam mihi das ægro-dabis ægrotare timenti
Moecenas veniā, dum ficus prima, calorq;
Designatorē decorat lictoribus atris:
Dū pueris om̄is pater & matricula pallet:
Offitiosaq; sedulitas, & opella forensis
Adducit febres, & testamenta resignat,
Q; si bruma niues Albanis illinet agris,
Ad mare descendet yates tuus, & sibi parcer
Contractusq; leget, te dulcis amice reuiset
Cum zephyris, si concedas, & hirundine prima,
Non quo more piris vesci Calaber iubet hospes
Tu me fecisti locupletem, vescere sodes,
Iam satis est, at tu quantum vis tolle benigne,
Non inuisa feres pueris munuscula paruis,
Tam teneor dono, q; si dimittar onustus,
Vt libet, hac porcishodie comedenda relinques,

Liber Primus,

Prodigus & stultus donat quæ spernit & odit.
Hæc seges ingratis tuit & feret omnibus horis
Vir bonus & sapiens dignis ait esse paratum,
Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis
Dignum præstabo me etiam pro laude merentis,
Qui si me noles usquam discedere, reddes
Forte latus, nigros angusta fronte capillos,
Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum &
Inter vina fugam Ciniræ moerere proterue.
Forte per augustam tenuis vulpecula rimam
Reperat in cumeram frumenti, pastaque rursus
Ire foras pleno tendebat corpore frustra,
Cui mustela procul, si vis, ait, effugere istinc
Macra cauum repeatas arctum quem macra subisti,
Hac ego si compellor imagine cuncta resigno,
Nec somnū plebis laudo satur altillum, nec
Otia diuitijs Arabum liberrima muto,
Sepe verecundum laudasti, rexque, paterque
Audisti coram nec verbo parcus absens,
Inspice si possem donata reponere lætus,
Haud male Telemachus, proles patientis Vlixæ,

Epistolarum Horatijs,

Non est aptus equis Ithacæ locus, vt neque plenis
Porrectus spacij, nec multæ prodigus herbæ
Attridæ, magis apta tibi tua dona relinquam,
Paruū parua decent, mihi iam non regia Roma
Sed vacuum Tibur placet, aut iimbelle Tarentum
Strenuus, & fortis, causisque Philippus agendis
Clarus ab officijs, octauam circiter horam,
Dum reddit, atque foro nimium distare carinas
Iam grandis natu queritur, conspexit, vt aiunt,
Abrasum quendam vacua tonsoris in ymbra,
Cultello proprios purgante leniter vngues,
Demetri (puer hic non leue iussa Philippi
Accipiebat) abi quære & refer ynde domo, quis,
Cuius fortunæ quo sit patre, quo ue patrono.
It, reddit, & narrat Vulteum nomine Menam,
Preconē, tenui censu, sine crimine notum,
Et properare loco, & cessare, & quærere, & vti,
Gaudente paruisque sodalibus, & lare certo,
Et ludis, & post decisa negotia campo,
Scitari libet ex ipso quodcunque refers dic
Ad cœnam veniat, non sane credere Mena,

Liber Primus,

Mirari secum tacitus, quid multa? benigne
Respondet, negat ille mihi? negat improb⁹, & te
Negligit, aut horret Vulteiū mane Philippus
Vilia vendentem tunicato scruta popello
Occupat, & saluere iubet prior, ille Philippo
Excusare laborem & mercēnaria vincla,
Q⁹ non manedomum venisset, deniq⁹ q⁹ non
Prouidisset eum, sic ignouisse putato,
Metibi, si cœnas hodiemecū, vt libet, ergo
Post nonam venies, nunc i rem strenuus auge,
Vt ventum ad cœnam est, dicenda tacenda locutus,
Tandem dormitum dimittitur, hinc vbi sæpe
Occultum visus decurrere pīscis ad hamū,
Manecliens, & iam certus conuiua, iubetur
Rura suburbana indictis comes ire Latinis,
Impositus mannis, aruum cœlumq⁹ Sabinum
Non cessat laudare, videt, ridetq⁹ Philippus,
Etsibi dum requiem, dum risus vndiq⁹ quærit,
Dum septem donat festertia, mutua septem
Promittit, persuadet vti mercetur agellum,
Mercatur (ne te longis ambagibus vltra

Epistolarum Horatī,

Qm̄ satis est morer) ex nitido fit rusticus, atq⁹
Sulcos & vineta crepat mera, prēparat vlm̄os,
Immoritur studijs, & amore senescit habendi,
Verū vbi oues furto, morbo periere capellæ,
Spem mentita seges, bos est enectus arando,
Offensus damnis, media de nocte caballum
Arripit, iratusq⁹ Philippi tendit ad ædes,
Quem simul aspexit scabriū intonsumq⁹ Philippus
Durus ait Vultei nimis attentusq⁹ videris
Esse mihi, Pol me miserum patronē vocares,
Si velles, inquit, verum mihi dicere nomen
Q⁹ te per genium, dextramq⁹ deosq⁹ penates
Obsecro & obtestor, vitæ me redde priori,
Qui simul aspexit quantū dimissa petitis
Præstant, mature redeat, repetatq⁹ relicta,
Metiri se quenq⁹ suo modulo ac pede verum est,

CELSO ALBINOVANO,

c Elso gaudere & bñ rē gerere Albionāo
Musā rogata refer, cōiti scribæq⁹ Nerōis
Si quærer qd agam? dic multa & pulchra minantē
Viuere nec recte nec suauiter, haud quia grando

Liber Primus,

Contuderit vites, oleamq; momorderit æstus,
Nec quia longinquis armentum ægrotet in aruis
Sed quia mente minus validus q; corpore toto
Nil audire velim, nil discere quod leuet ægrum
Fidis offendar medicis, irascer amicis
Cur me funesto properent arcere veterno?
Quæ nocuere sequar, fugiam quæ profore credā
Romæ Tibur amem ventosus Tibure Romam,
Post hæc vt valeat, quo pacto rem gerat & se,
Vt placeat iuueni percontare, vtq; cohorti,
Si dicet recte, primū gaudere, subinde
Præceptū auriculis hoc instillare memento,
Vt tu fortunam, sic nos te Celle feremus,

AD CLAVDIVM NERONEM,

Eptimius, Claudi, nimirū intelligit vn^o
Quāti me facias, nā me rogat, & p̄ce cogit
Scilicet vt sibi se laudare & tradere coner,
Dignū mente donoq; legentis honesta Neronis,
Munere cum fungi propioris censem tamici,
Quid possim videt, ac nouit me validius ipso,
Multā quidē dixi cur excusatus abirem,

Epistolarum Horatij,

Sed timui mea ne finxisse minora putarer
Diffimulator opis propriæ, mihi cōmodus vni,
Sicego maioris fugiens obprobria culpæ
Frontis ad vrbanae descendit præmia, q; si
Depositū laudas, ob amici iussa - pudorem,
Scribet uigi hunc, & forte crede bonumq;

AD FVSCVM ARISTIVM,

v Rbis amatorē Fuscū saluere iubemus

Ruris amatores, hac in re scilicet vna
Multum dissimiles, ad cætera pene gemelli,
Fraternis animis, quicquid negat alter, & alter
Annuimus pariter vetuli, notiq; columbi,
Tu nidum seruas, ego laudo ruris amcenī
Riuos, & musco circumlita saxa, nemusq;
Quid quæris? viuo & regno simul ista reliqui
Quæ vos ad cœlum fertis rumore secundo,
Vtq; sacerdotis fugitiuus liba recuso,
Pâne egeo, iam mellitis potiore placentis
Viuere naturæ si conuenienter oportet,
Ponendaq; domo quærenda est area primū,
Nouisti ne locum potiorem rure beato:

C

Liber Primus,

Est vbi plus tepeant hyemes, vbi gratior aura
Leniat & rabiem canis, & momenta leonis
Cum semel accepit solem furibundus acutum,
Est vbi diuellat somnos minus inuida cura,
Deterius Lybicis olet, aut nitet herba lapillis,
Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,
Qm̄ quæ per pronum trepidat cū murmure riuum
Nempe inter varias nutritur sylua columnas,
Laudaturq; domus longos quæ prospicit agros,
Naturam expelles furca - tamen usq; recurret,
Et mala perrumpet furtim fastigia victrix,
Non qui Sidonio contendere callidus ostro
Nescit Aquinatem potentia vellera succum.
Certius accipiet damnum - propiusue medullis,
Qm̄ qui non poterit vero distinguere falsum.
Quem res plus nimio delectauere secundæ,
Mutatae quatent, si quid mirabere, pones
Inuitus, fuge magna, licet sub paupere tecto
Reges, & regum vita præcurrere amicos,
Ceru⁹ equū, pugna melior, cōmunibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo

Epistolarum Horatij,

Implorauit opes hominis, frenumq; recepit,
Sed postq; victor violans discessit ab hoste,
Non equitem dorso, non frenum depulit ore,
Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret, dominū vehet improbus, atq;
Seruiet æternum, qui paruo nesciet vti,
Cui non conueniet sua res, vt calceus olim
Si pede maior erit subuertet, si minor vret,
Lætus sorte tua viues sapienter Aristi,
Nec me dimittes in castigatum, vbi plura
Cogere q; satis est, ac non cessare videbor,
Imperat aut seruit collecta pecunia cuiq;
Tortum digna sequi potius q; ducere funem,
Hæc tibi dictabā post sanum putre Vacumnæ,
Excepto q; non similesse, cætera lætus,

AD BULLATIVM,

q; Vid tibi visa Chios Bullati notaq; Lesbos
Quid ðcina Samos, qd Crœsi regia Sardis
Smyrna qd & Colophon maiora minoraue fama
Cūcta ne præ cāpo & Tyberino flumīe sordent:
An venit in votum Attalicis ex urbibus vna⁹
C ij

Liber Primus,

An Lebedum laudas odio maris atq; viarum?
Scis Lebedus quid sit? Gabijs desertior, atq;
Fidenis vicens, tamen illic viuere vellem,
Oblitusq; meorum, obliuiscendus & illis,
Neptunum procul e terra spectare furentem,
Sed neq; qui Capua Romanam petit, imbre lutoq;
Aspersus, volet in capona viuere, nec qui
Frigus collegit furnos & balnea laudat
Vt fortunatam plane prestantia vitam
Nec si te validus iactauerit austri in alto,
Iccirco nauem trans Aegeum mare vendas,
Incolumi Rhodos & Mitylene pulchra facit, quod
Penula solstitio, campestre nivalibus auris,
Per brumam Tyberis, Sextili mense caminus,
Dum licet, & vultum seruat fortuna benignum,
Romæ laudetur Samos & Chios & Rhodos absens
Tu quancūq; deus tibi fortunauerit horam
Grata sume manu, nec dulcia differ in annum
Vt quocunq; loco fueris, vixisse libenter
Tedicas, nam si ratio & prudentia curas,
Non locus effusi late maris arbiter aufert,

Epistolarum Horati,

Cœlum nō animū mutat qui trans mare currunt,
Strēnuā nos exercet inertia, nauibus atq;
Quadrigis petimus bene viuere, quod peti hic est
Est Vlubris, animus si te non deficit æquus.

AD ICCIVM,

f Ructib⁹ Agrippæ Siculis q̄s colligis Iccī,
Si recte frueris, non est vt copia maior:
Ab Iouedonari possit tibi, tolle querelas,
Pauper enim non est cui rerū suppetit usus,
Si ventri bene, si lateri est, pedibus ue tuis, nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius,
Si forte in medio positorum abstemius, herbis
Viuis & vrtica, sic viues protinus - vt te
Confestim liquidus fortunæ riuis inhauret,
Vel quia naturam mutare pecunia nescit,
Vel quia cuncta putas vna virtute minora
Miramur si Democriti pecus edit agellos,
Cultaq; dū peregre est animus sine corpe velox
Cum tu inter scabiem tantam & contagia lucri
Nil paruum sapias, & adhuc sublimia cures
Quæ mare compescat causę, quid temperet annum

C ij

Liber Primus,

Stellæ sponte sua - iussæ ne vagentur & errēt?
Quid premat obscurū lunæ? quid proferat orbē?
Quid velit & possit rerum concordia discors?
Empedocles, an Stertini deliret acumen?
Verum seu pisces, seu porrū, & cæpe trucidias,
Vtere Pompeo Grospho, & si quid petet, vltro
Defer, nil Grosphus nisi verum orabit & equum,
Vilis amicorum est annona - bonis vbi quid deest,
Ne tamen ignores quo sit Romana loco res,
Cantaber Agrippæ Claudi virtute Neronis
Armenius cecidit, ius imperiū Phraates
Cæsaris accepit - genibus minor, aurea fruges
Italiæ pleno diffudit copia cornu,

AD VINNIVM ASELLAM,

v T proficiscentem docui te sæpe, diuq;
Augusto reddes signata volumina Vinni
Si validus, si lætus erit, si deniq; poscet,
Ne studio nostri pecces, odiumq; libellis
Sedulus importes opera vehementer minister,
Si te forte meæ grauis vret sarcina chartæ
Abhjcto potius, q; quo perferre iuberis

Epistolarum Horatij,

Clitellas ferus impingas, asinæq; paternum
Cognomen vertas in risum - & fabula fias,
Viribus vteris per cliuos, flumina, lamas,
Victor propositi simulac perueniris illuc,
Sic positum seruabis onus, ne forte sub ala
Fasciculum portes librorum - vt rusticus agnum,
Vt vinosa globos furtiuæ Pyrrhia lanæ,
Vt cum pilleolo soleas conuua tribulis,
Ne vulgo narres te sudauisse ferendo
Carmina, quæ possunt oculos auresq; morari
Cæsaris, oratus multa prece nitere porro,
Vade, vale, caue ne titubes, mandataq; frangas.

AD VILLICVM SVVM,

v Illice syluaq; & mihi me redditis agelli -
Quæ tu fastidis habitatum quiq; focis, &
Quinq; bonos solitum Baria dimittere patres,
Certemus spinas animo ne ego fortius, an tu
Euellas agro, & melior sit Horatius, an res,
Meq; suis Lamiæ pietas & cura moratur
Fratrem marentis, raptode fratre dolentis
Insolabiliter, tamen istuc mens, animusq;

Liber Primus,

Fert & amat spacij obstantia rumpere claustra,
Rure ego viuentem tu dicis in vrbe beatum,
Cui placet alterius sua nimirum est odio sors,
Stultus vterq; locum immeritum causatur inque
In culpa est animus qui se non effugit vnq;
Tu mediastinus tacita prece rura petebas,
Nunc urbem & ludos & balnea villicus optas,
Me constare mihi scis, & discedere tristem
Quando cunq; trahunt inuisa negotia Romam,
Non eadem miramur, eo disconuenit inter
Mecq; & te, nam quæ deserta & inhospita tescua
Credis, amæna vocat necum qui sentit, & odit
Quæ tū pulchra putas, fornix tibi & vincta popina
Incultiunt vrbis desyderium videoq; & q;
Angulus iste feret piper & thus oxyus vua
Nec vicina subest vinum præbere taberna
Quæ possit tibi, nec meretrix tibicina cuius
Ad strepitum salias terræ grauis, & tamen vrges
Iam pridem non tacta ligonibus arua, bouemq;
Disiunctum curas & strictis frondibus exples,
Addit opus pigro riuus si decidit imber

Epistolarum Horatii,

Multa mole docendus aprico parcere prato,
Nunc age, quid nostrum concentum diuidat audi,
Quem tenues decuere togæ, nitidiq; capilli,
Quem scis immunem Cynaræ placuisse rapaci,
Quem bibulum liquidi media de luce falerni
Cœna brevis iuuat, & prope riuum somn? in herba
Nec lusisse pudet, sed non incidere ludum,
Non istic obliquo oculo mea commoda quisq;
Limat, non odio obscuro morsuq; venenat,
Rident vicini glebas & saxa mouentem,
Cum seruis vrbana diaria reddere mauis,
Horum tu in numerum voto ruis, inuidet vsum
Lignorum, & pecoris tibi calo argutus, & horti,
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus,
Quam scit vterq; libens censebo exerceat artem,

AD VALAM,

q Vesi lithyems Velig, qd cœlū Vala Salerni
Quoq; hoīm regio & qlis via, nā mihi Baias
Musas superuacuas Antonius, & tamen illis
Me facit inuisum gelida cum perluor vnda
Per medium frigus sane myrteta relinqu,

Liber Primus,

Dictaque cessantem neruis elidere morbum,
Sulphura contemni, vicis gemit inuidus ægris
Qui caput & stomachum supponere fontib⁹ audet
Clusinis, Gabiosq⁹ petunt, & frigida rura,
Mutandus locus est, & diuersoria nota
Præter agend⁹ equ⁹, quo tendis? nō mihi Cumas.
Est iter, aut Baias, leua stomachosus habena
Dicet eques, sed equi frenato est auris in ore,
Maior vtrum populum frumenti copia pascat,
Collectos ne bibant imbres, puteosue perennes:
Iugis aquæ, nam vina nihil moror illius oræ,
Rure meo possum quiduis perferre patiq⁹,
Admare cum veni generosum & lene requiro,
Quod curasabigat, quod cum spe diuite manet
In venas, animūq⁹ meum, quod verba ministret,
Quod me Lucanæ iuuenem commendat amicæ
Tractus vter pluris lepores, vter educet apos,
Vtra magis pisces & echinos æquora cælent,
Pinguis vt inde domū possim Phœaxq⁹ reuerti,
Scribere te nobis: tibi nos ac credere par est,

AD EVNDEM,

Epistolarum Horati⁹,

m Euius vt rebus maternis atq⁹ paternis
Fortiter absumptis vrbani⁹ cœpit haberī
Scurra vagus, non qui certū præsepe teneret
Impransus, nec qui ciuem dinoscet et hoste,
Quælibet in quemuis obprobria fingere sœuus,
Pernities & tempestas baratrumq⁹ macelli,
Quicquid quæsierat ventridonabat auaro,
Hic vbi nequitiaæ fautoribus & timidus nil
Aut paulum abstulerat, patinas cœnabat omasi
Vilis & agnini, tribus vrsis quod satis esset,
Scilicet vt ventres lama candente nepotum
Diceret vrendos coruptus, bestius idem
Quicquid erat nactus prædē maioris, vbi omne
Verterat in fumum & cinerem, non hercule miror,
Aiebat, si qui comedunt bona, cum sit obeso
Nil melius turdo, nil vulua pulchrius ampla,
Nimirū hic ego sum, nam tuta & parvula laudo
Cum res deficiunt, satis inter vilia fortis,
Verum vbi quid melius contingit & vncius, idem
Vos sapere, & solos animo bene viuere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis

Liber Primus,

AD QVINTIVM,

n E percon teris fund^o me^o optime Quinti
Arvo pascat her^b, an bacc^s opulēt oliuæ,
Pomis ne & pratis, an amica vitibus vimo,
Scribentur tibi forma loquaciter, & situs agri,
Continui montes - nisi dissidentur opaca
Valle, sed vt veniens dextrum latus aspiciat sol,
Læuum discedens currū fugiente vapore et,
Temperiem laudes, quid si rubicunda benigne
Cornā vepres & pruna ferant, & quercus & ilex
Multā fruge pecus, multā dominum iuuet vmbra,
Dicas adductum propius frondere Tarentum,
Fons etiam riuo dare nomen idoneus, vt nec
Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus
Infirmo capiti fluit aptus, & vtilis aluo.
Hæ latebræ dulces, etiam si credis amnœæ,
Incolumem tibi me prestant septembribus horis
Tu recte viuis si curas esse quod audis,
Iactamus iam pridem omnis te Roma beatum,
Sed vereor ne cui de te plus q̄b tibi credas,
Neue putas alium sapiente bonoq̄ beatum.

Epistolarum Horatij,

Neu si te populus sanum recte^o valentem
Dictitet, occultam febrem sub tempus edendi
Dissimiles donec manibus tremor incidat vncis,
Stultorum incurata pudor malus vlcera celat,
Si quis bella tibi terra pugnata mariq^s
Dicat, & his verbis vacuas permulceat aures
Tene magis saluum populus velit - an populum tu-
Seruit in ambiguo qui consulit & tibi & vrbi
Iuppiter, Augusti laudes agnoscere possis
Cum pateris sapiens, emendatusq^s vocari
Respondes ne tuo dic sodes nomine? nempe
Vir bonus ac prudens dici delector ego ac tu,
Qui dedit hoc hodie, cras - si volet auferet, vt si
Detulerit fasces indigno, detrahet idem,
Pone, meum est, inquit, pono - tristisq^s recedo,
Idem si clamet furem, neget esse pudicum,
Contendat laqueo collum pressisse paternum,
Mordear obprobrijs falsis - mutemq^s colores?
Falsus honor iuuat, & mendax infamia terret,
Quē? nisi mendo sum & mendacē, vir bon^o est q̄s?
Qui consulta patrum, qui leges, iuraq^s seruat,

D

Liber Primus,

Quo multæ magnæq; secantur iudice lites,
Quo responsore, & quo causæ teste tenentur,
Sed videt hunc omnis domus, & vicinia tota
Introrsum turpem, speciosum pelle decora,
Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat
Seruus, habes precium - loris non vreris aio,
Non hominem occidi, non pasces in cruce coruos,
Sum bonus & frugi, renuit nega tatq; sabellus,
Cautus em metuit foueam lupus, accipiterq;
Suspectos laqueos, & opertum miluius hamum,
Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine poenæ,
Tu nihil admittes in te formidine poenæ,
Sit spes fallendi miscebis sacra prophanis,
Nam de mille fabæ modijs cum surripis vnum
Damnū est, non facinus mihi pacto lenius isto
Vir bonus, om̄e forū quē spectat & om̄e tribunal
Quando cuncte deos vel porco, vel boue placat.
Iane pater clare dixit, cum dixit Apollo
Labra mouet metuens audiri, pulchra Lauerna
Da mihi fallere, da sanctum, iustumq; videri,

Epistolarum Horatij,

Noctem peccatis, & fraudibus obisce nubem,
Quo melior seruo, quo liberior sit auarus
In triujs fixum cum se demittit ob assem
Non video, nā qui cupiet, metuet quoq; porro,
Qui metuens viuit liber mihi non erit vñq;,
Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui
Semper in augenda festinat & obruitur re,
Vendere cum possis captiuum occidere noli,
Seruiet vtiliter, sine pascat durus, aretq;
Nauiget, ac medijs hiemer mercator in vndis,
Annonæ proxit, portet frumenta, penusq;
Vir bonus ac sapiens audebit dicere Pentheu
Rector Thebarū, quid me perferre patiq;
Indignum coges: adimam bona, nempe pecus, rem
Lectos, argentū, tollas licet, & manicis, &
Compedibus sœuo te sub custode tenebo,
Ipse deus simul atq; volam me soluet opinor
Hæc sentit, moriar, mors vltima linea rerum est

AD SCAEVAM,

q Vāuis Sceua satis pte tibi cōsulis, & scis
Quo tandem pacto deceat maiorib' uti
D ij

LIBER PRIMVS,

Disce docendus adhuc quid censem amiculus, ut si
Cæcus iter monstrare velit, tamen aspice si quid
Et nos quod cures proprium fecisse loquamur,
Si te grata quies, & primam somnus in horam
Delectat, si te puluis strepitusq; rotarum.
Si ledet capona Ferentinum ire iubebo,
Nam neq; diuitibus contingunt gaudia solis,
Nec vixit male qui natus moriensq; se fessellit,
Si prodesse tuis, pauloq; benignius ipsum
Te tractare voles, accedes siccus ad vncatum,
Si pranderet olus patienter regibus vti
Nollet Aristippus, si sciret regibus vti
Fastidiret olus qui me notat, vtrius horum
Verba probes & facta doce, vel junior audi
Cur sit Aristippi potior sententia, namq;
Mordacem cynicum sic eludebat vt aiūt,
Scurror ego ipse mihi, populo tu rectius hoc &
Splendidius multo est equus vt me portet alat rex,
Officium facio, tu poscis vilia, verum es
Dante minor q; quis te fers nullius egentem,
Omnis Aristippum decuit color, & status, & res,

Epistolarum Horatij,

Tentantem maiora fere, præsentibus æquum,
Contra quem duplice panno patientia velat
Mirabor, vitæ via si conuersa decebit,
Alter purpureum non expectabit amictum
Quidlibet induitus celeberrima per loca vadet,
Personamq; feret non in concinnus vtrang,
Alter Myleti textam cane petus & angue
Vitabit chlamidem, morietur frigore, si non
Rettuleris pannum, refer, & sine viuat ineptus,
Res gerere, & captos ostendere ciuibus hostes
Attingit solium Iouis & cœlestia tentat,
Principibus placuisse viris non ultima laus est
Non cuiuis homini contingit adire Corinthum
Sedit qui timuit ne non succederet, esto,
Quid qui peruenit? fecit ne viriliter? atqui
Hic ast aut nusq; quod quærimus, hic onus horret
Vt paruis animis & paruo corpore maius,
Hic subit & perfert, aut virtus nomen inane est,
Aut decus & precium recte petit experiens vir
Coram rege suo de paupertate tacentes
Plus poscente ferent, distat sumas ne pudenter

D iii

Liber Primus,

An rapias, atqui rerum caput hoc erat - hic fons
Indotata mihi soror est, paupercula mater,
Et fundus nec vendibilis - nec pascere firmus
Qui dicit, clamat victum date, succinit alter
Et mihi diuiduo findetur munere quadra
Sed tacitus pasci si posset coruus - haberet
Plus dapis & rixę multo minus - inuidięq;
Brundusium comes, aut Surrentū ductus amœnū
Qui queritur salebras, & acerbū frigus & imbræ
Et cistam effractam, & subducta viatica plorat.
Nota refert meretricis acumina, s̄æpe catellam.
Sæpe peris celidem raptam sibi flentis - vti mox
Nulla fides damnis, verisq; doloribus adsit,
Nec semel irrisus triujs attollere curat
Fracto crure Planum, licet illi plurima manet
Lachryma, per sanctum juratus dicat Osirim
Credite - non ludo, crudeles tollite claudum
Quære pereginum - vicinia rauca reclamat.

AD LOLLIUM,

Ibene te noui metues liberrime Lolli
Scurratis specie præbere - p̄fessus amici

Epistolarum Horati,

Vt matrona meretrici dispar erit, atq;
Discolor infido scurræ distabit amicus,
Est huic diuersum vitio vitium prope maius
Asperitas agrestis - & inconcinna - grauisq;
Quæ se commendat tonsa cute - dentibus atris -
Dum vult libertas mera dici veraq; virtus,
Virtus est medium vitiorum vtrinq; reductum
Alter in obsequium plus æquo pronus, & imi
Derisor lecti, sic nutum diuitis horret,
Siciterat voces, & verba cadentia tollit,
Vt puerum sæuo credas dictata magistro
Reddere, vel partes minimū tractare secundas,
Alter rixatur de lana s̄æpe caprina,
Propugnat nugis armatus, scilicet vt non
Sit mihi prima fides, & vere quod placet, vt non
Acrier elatrem, precium ætas altera sordet,
Ambigitur quid em̄ Castor sciat an docilis plus,
Brundusium Numici melius via ducat an Appi,
Quem damnoſa Venus, quem præceps alia nudat
Gloria quem supra vires & vestit & vngit,
Quem tenet argenti sitis importuna - famesq;

Liber Primus,

Quem paupertatis pudor & fuga, diues amicus
Sæpe decem vitis instructior odit & horret,
Aut si non odit, regit ac veluti pia mater,
Plus q̄ se sapere, & virtutibus esse priorem
Vult, & ait prope vera mihi, concedere noli
Stulticiam patiuntur opes, tibi paruula res est
Arcta decet sanum comitem toga - desinemecum
Certare, Eutrapelus cuicunq; nocere volebat
Vestimenta dabat preciosa, beatus enim iam
Cum pulchris tunicis sumet noua consilia & spes,
Dormiet in lucem, scorto postponet honestum
Officium, nummos alienos pascet, ad imum
Trax erit, aut olitoris ager mercede caballum,
Arcanum neq; tu scrutaberis ullius vñq;,
Commissumq; teges, & vino tortus & ira,
Nec tua laudab̄is studia, aut aliena reprendes,
Nec cum venari volet ille poemata panges,
Gratia sic fratum geminorum, Amphionis atq;
Zeti dissiluit, donec suspecta seuero
Conticuit lyra, fraternalis cessisse putatur
Moribus Amphion, tu cede potentis amici

Epistolarum Horati,

Lenibus imperijs, quotiesq; educet in agros
Aetolijs onerata plagiis iumenta - canesq;,
Surge, & inhumanæ senium depone camenæ,
Cœnes ut pariter pulmenta laboribus empta,
Romanis solenne viris opus utile famæ,
Vitæq; & membris, præsertim cum valeas &
Vel cursu superare canem, vel viribus aprum
Possis, adde virilia q; speciosius arma
Non est qui tractet, scis quo clamore coronæ
Prælia sustineas campestria, deniq; sœuam
Militiam puer, & Cantabrica bella tulisti
Sub duce - qui templis Parthorum signa refixit,
Nunc & si quid abest Italis adiudicat armis,
Ac ne te retrahas - & inexcusabilis absis,
Qmuis nile extra numerum fecisse - modumq;
Curas, interdum nugaris rure paterno -
Partitur lintres exercitus, Actia pugna
Teduces per pueros hostili more refertur,
Aduersarius est frater, lacus Adria, donec
Alterutrum velox victoria fronte coronet,
Consentire suis studijs qui crediderit te

Liber Primus,

Fautor vtroq; tuū laudabit pollice ludū,
Protinus vt moneam, si quid monitoris egestu
Quid de quoq; viro & cui dicas, s̄epe videto,
Percontactorem fugito nam garrulus idem est.
Nec retinent patulæ cōmissa fideliter aures,
Et semel emissum volat irreuocabile verbum,
Non ancilla tuum iecur viceret vlla puerue
Inter marmoreū venerandi limen amici,
Nedominos pueri pulchri, charæue puellæ
Munere te paruo beet, aut incommodus angat,
Qualem cōmendas etiā atq; etiam aspice, ne mox
Incuciant aliena tibi peccata pudorem,
Fallimur & quendā nondignū tradimus, ergo
Quem sua culpa premit deceptus omitte tueri
Vt penitus notum, si tentēt crima serues
Tuterisq; tuo fidentem præsidio, qui
Dente Thonino cum circūroditur, ecquid
Ad te post paulo ventura pericula sentis?
Nam tua res agitur paries cum proximus ardets,
Et neglecta solent incendia sumere vires,
Dulcis in expertis cultura potentis amici

Epistolarum Horatij,

Expertus metuit, tu dum tua nauis in alto est
Hoc age, ne mutata retrosum te ferat aura,
Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi,
Sedatum celeres, agilem gnauumq; remissi,
Potores bibuli media de nocte falerni
Oderunt por recta negantem pocula, quis
Nocturnos iures te formidare temores,
Deme superciliosum nubem, pleruncq; modestus
Occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi,
Iuter cuncta leges, & percontabere doctos
Qua ratione quea traducere leniter æuum,
Nec te semper inops agitet vexetq; cupido,
Non pauor, & rerū mediocriter utilem spes
Virtutem doctrina paret natura ne donet,
Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum,
Quid pure tranquillet honos, an dulce lucellum,
An secretum iter, & fallentis semita vitæ?
Me quo ties reficit gelidus. Digentia riuus,
Quem Mandela bibit rugosus frigore pagus,
Quid sentire putas, quid credis amice precari?
Si mihi quod nunc est, etiā minus, vt mihi viuam

Liber Primus,

Quod super est æui - si quid superesse volunt dī,
Sit bona librorum, & prouisæ frugis in annum
Copia - neu fluit em dubiæ spe pendulus horæ,
Sed satis est orare Iouem, qui donat & aufert,
Det vitam - det opes - æquū mī animū ipse parabo.

AD MOECENATEM.

p Risco si credis Mœcenas docte Cratino,
Nulla placere diu, nec viuere carmia possūt
Quæ scribuntur aquæ potoribus, vt male sanos
Asscripsit Liber Satyris Faunisq; poetas,
Vina fere dulces oluerunt mane camenæ,
Laudibus arguitur vini vinosus Homerus
Ennius ipse pater nunq; nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda, forum putealq; Libonis
Mandabo siccis, adimam cantare seueris,
Hoc simule dixit, nec cessauere poetæ
Nocturno certare mero - putere diurno,
Quid? si quis vultu toruo ferus, & pede nudo,
Exiguæq; togæ simulet textore Catonem,
Virtutem ne representet, moresq; Catonis:
Rupit Hiarbitam Tíagenis æmula lingua

Epistolarum Horatij,

Dum studet urbanus - tenditq; disertus haberi,
Decipit exemplar virtijs imitabile, q; si
Pallerem casu - biberent exangue cuminum,
O imitatores seruum pecus, vt mihi sæpe
Bilem - sæpe iocum vestri mouere tumultus
Libera per vacuum posui vestigia princeps,
Non aliena meo pressi pede, qui sibi fudit
Dux reget examen, Parios ego primus iambos
Ostendilatio, numeros animosq; secutus
Archilochi, non res & agentia verba Lycambem,
Ac ne me folijs ideo breuioribus ornes
Q; timui mutare modos & carminis artem,
Temperat Archilochi musam pede masclæ Sappho
Temperat Alcæus, sed rebus & ordine dispars,
Nec sacerum quærit quē versibus obliniat atris,
Nec sponsæ laqueum famoso crimine necdit,
Hunc ego, non alio dictum prius ore, latinis
Vulgai fidicen, iuuat immemorata ferentem
Ingenuis oculisq; legi manibusq; teneri,
Scire velis mea cur ingratius opuscula lector
Laudet ametq; domi, premat extra limen iniquis

E.

Liber Secundus,

Non ego ventosæ plebis suffragia venor
Impensis cœnarum, & tritæ munere vestis
Nonego nobilium scriptorum auditor & vltor
Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor,
Hinc illæ lachrymæ, spissæ indigna theatris
Scripta pudet recitare, & nugis addere pondus
Si dixi, rides ait, & Iouis auribus ista
Seruas, fidis enim manare poetica mella
Te solum, tibi pulcher, ad hæc ego marsibus vti
Formido & luctantis acuto ne secer vngue,
Displicet iste locus clamo & diludia posco
Ludusem genuit trepidum certamen & iram,
Ira truces inimicitias & funebre bellum.

AD LIBRVM SVVM,

v Ertumnu, Ianumq; liber spectare videris
Scilicet ut prostes Sosioru pūice inūd
Odisti claves & grata sigilla pudico,
Paucis ostendi gemis, & communia laudas.
Non ita nutritus fuge quo discedere gestis,
Non erit emissio redditus tibi, quid miser egi?
Quid volui, dices vbi quis te læserit, & scis

Epistolarum Horatij,

Inbreue te cogi cum plenus languet amator,
Q; si non odio peccantis desipit augur,
Charus eris Romæ, donec te deserit ætas.
Contrectatus vbi manibus sordescere vulgi
Cœperis, aut tineas pasces taciturnus inertes,
Aut fugies Vticam, aut vncius mitteris Ilerdam
Ridebit monitor non exauditus, vt ille
Qui male parentem in rupes detrusit a sellum
Iratus, quis em inuitum seruare laboret?
Hoc quoq; te manet, vt pueros elementa docentem
Occupet extremis in vicis balba senectus,
Cum tibi sol tepidus plures admouerit aures
Me libertino natum patre & in tenui re,
Maiores pennas nido extendisse loqueris,
Vt quantum generidemas, virtutibus addas,
Me primis vrbis belli placuisse domiq;
Corporis exigui, præcanum solibus aptum,
Irasci celerem, tamen vt placabilis essem,
Forte meum si quis te percontabitur æuum,
Mé quater vndenos sciat impleuisse decembres
Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno,

E ñ

Liber Secundus,

Q, HO, FLAC, EPISTOLARVM, LI, secund^o,
AD AVGVSTVM,

c Vm tot sustineas & tanta negotia solus,
Res Italas armis tuteris morib^o ornes.
Legibus emendes incommoda publica, peccem
Si longo sermone morer tua tempora Cæsar.
Romulus, & Liber pater, & cū Castore Pollux,
Post ingentia facta deorum in templa recepti,
Dum terras hominumq^b colūt genus, aspera bella
Componunt, agros assignant, oppida condunt,
Plorauere suis non respondere fauorem
Speratum meritis, diram qui contudit hydram.
Notaq^b fatali portenta labore subegit,
Comperit inuidiam supremo fine domari,
Vrit enim fulgore suo qui pregrauat artes
Infrase positas, extinctus amabitur idem.
Præsentि tibi maturos largimur honores,
Iurandasq^b tuum per nomen ponimus aras,
Nil oriturum alias, nil ortum, tale fatentes,
Sed tuus hic populus sapiens & iustus in vno
Te nostris ducibus, te Graijs anteferendo,

Epistolarum Horatij,

Cætera nequaq^b simili ratione, modoq^b
Aestimat, & nisi quæ terris semota, suisq^b
Temporibus defuncta videt, fastidit, & odit,
Sic fautor veterum - vt tabulas peccare vetantes
Quas bisquinc^b viri sanxere, et foedera regum,
Vel Gabijs, vel cum rigidis æquata Sabinis,
Pontificum libros annosa volumina vatim
Dictiter Albano Musas in monte locutas,
Si quia Græcorum sunt antiquissima quæq^b
Scripta vel optima, Romani pensantur eadem
Scriptores trutina - non est q^b multa loquamur.
Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri,
Venimus ad summum fortunæ, pingimus, atq^b
Psallimus, & luctamur Achiuis doctius vñctis,
Simelior adies, vt vina poemata reddit,
Scire velim chartis preciū quotus arroget annus.
Scriptor abhinc annos centum qui decidit, inter
Perfectos veteresq^b referri debet? an inter
Viles atq^b nouos? excludatiurgia finis?
Est vetus atq^b probus centum qui perficit annos,
Quid? qui deperiit minor vno mense vel anno?

E iiij

Liber Secundus,

Inter quos referenduserit? veteres ne poetas?
An quos & presens & postera respuit ætas?
Iste quidem veteres inter ponetur honeste
Qui vel mense breui vel toto est iunior anno,
Vtor promisso, caudæq; pilos ut equinæ
Paulatim vello demo vnum demo etiam vnum
Dum cadet elusus ratione ruentis acerui
Qui redit ad fastos & virtutem aestimat annis,
Miraturq; nihil nisi quod libitina sacrauit,
Ennius & sapiens, & fortis, & alter Homerus
Ut criticidicunt, leuiter curare videtur
Quo promissa cadant, & somnia Pithagorea,
Neuius in manibus non est, & mentibus heret
Pene recens, adeo sanctum est vetus omne poema
Ambigitur quoties uter vtro sit prior, aufert
Pacuvius docti famam senis, Actius alti,
Dicitur Afrani toga cōuenisse Menandro,
Plautus ad exemplar Siculi pperare Epicharmi,
Vincere Cecilius grauitate, Terentius arte,
Hos ediscit, & hos arctostipata theatro
Spectat Roma potes, habethos numeratq; poetas

Epistolarum Horatii,

Ad nostrum tempus-Liu scriptoris ab æuo,
Interdum vulgus rectum videt, est ubi peccat,
Si veteres ita miratur, laudatq; poetas
Ut nihil anteferat nihil illis comparet-errat,
Si quedam nimis antique, si pleraq; dure
Dicere credit eos, ignave multa fatetur,
Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat aequo,
Non equidem insector, delendaq; carmina Liu
Esse reor, memini quæ plagosum mihi paruo
Orbium dictare, sed emenda videri,
Pulchraq; & exactis nimium distantia miror,
Inter quæ verbū emicuit si forte decorum, &
Si versus paulo concinior vnuſ & alter,
In iuste totum ducit-venditq; poema,
Indignor quicquam reprehendi, non quia crasse
Compositum illepideue putatur-sed quia nuper,
Nec venia antiquis, sed honorem & præmia posci,
Recte nec ne crocum floresq; perambulet Acci
Fabula fidubitem, clament perisse pudorem
Cuncti pene patres, ea cum reprendere coner
Quæ grauis Aesopus, quæ doctus Roscius egit,

Liber Secūdus,

Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi dicunt
Vel quia turpe putant parere minoribus, & quæ
Imberbes didicere - senes perdenda fateri,
Iam saliare Numæ carmen qui laudat, & illud
Quod mecum ignorat - solus vult scire videri
Ingenijs non ille fauet - plauditq; sepultis -
Nostra sed impugnat, nos nostraq; liuidus odit,
Q' si tam Græcis nouitas inuisa fuisset
Qm nobis, quid nūc esset vetus, aut quid haberet
Quod legeret tereretq; viritim publicus usus?
Vt primum positis nugari Græcia bellis
Cœpit, & in vitium fortuna labier æqua,
Nunc athletarum studijs, nunc ars sit equorum,
Marmoris aut eboris fabros aut æris amauit
Suspedit pīcta vultum mentemq; tabella
Nunc tibicinibus, nunc est gauisa Tragœdis -
Sub nutrice puella - velut si luderet infans
Quod cupide petiit mature plena reliquit,
Quid placet; aut odio est, qd' nō mutabile credas?
Hoc paces habuere bonæ, ventiq; secundi,
Romæ dulce diu fuit & solenne, reclusa

Epistolatum Horatii,

Mane domo vigilare, clienti promere iura?
Cautus nominibns certis expendere nummos
Maiores audire, minori dicere, per quæ
Crescere res posset - minui damnosa libido,
Mutauit mentem populus leuis, & calet vno
Scribendi studio, pueriq; patresq; seueri
Fronde comas vincit - coenant & carmina dictant,
Ipse ego quis nullos me affirmo scribere versus
Inuenior Parthis mendacior, & prius orto
Sole vigil calamū, & chartas, & scrinia posco,
Nauem agere ignarus nauis timet, abrotanū ægro
Non audet nisi qui didicit dare, quod medicorū est
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri,
Scribimus indocti, docti q; poemata passim,
Hic error tamen - & leuis hæc insania - quantas
Virtutes habeat, sic collige, vatis auarus
Nō temere est anim⁹, versus amat, hoc studet vñū,
Detimenta, fugas seruorum, incendia ridet,
Non fraudem socio, pueroue incogitat ullam
Pupillo, viuit siliquis & pane secundo,
Militiæ quanq; piger & malus, utlis vrbi -
F

Liber Secūdus,

Sī das hoc paruis quoque rebus magna iuuari
Os tenerum pueri balbumque poeta figurat,
Torquet ab obscenis iam nunc sermonibus aures,
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Asperitatis & inuidie corrector & iræ,
Recte facta refert, orientia tempora notis
Instruit exemplis, inopem solatur & ægrum,
Castis cum pueris ignara puella mariti
Discret vnde preces, vatem nisi musa dedisset?
Poscit opem chorus, & præsentia numiuia sentit
Cælestes implorat aquas docta prece blandus
Auertit morbos, metuenda pericula pellit,
Impetrat & pacem, & locupletem frugibus annum
Carmina deju superi placatur carmine manes,
Agricolæ prisca fortis paruoque beati
Condita post frumenta leuantes tempore festo
Corpus & ipsum animum spe finis dura ferentem,
Cum socijs operum, pueris, & coniuge fida
Tellurem porco, Siluanum lacte piabant,
Floribus & vino Genium, memorem brevis æui,
Fescenina per hunc inuenta licentia morem.

Epistolarum Horatij,

Versibus alternis obprobria rustica fudit,
Libertasque recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter donec iam sœuus apertam
In rabiem cœpit verti iocus, & per honestas
Ire domos impune minax doluere cruento
Dente lacefisti, fuit intactis quoque cura
Conditione super communi, quin etiam lex
Pœnaque lata malo, quæ nollet carmine quæque
Describi, vertere modum, formidine fustis
Ad benedicendum delectandumque redacti,
Græcia capta ferum victorem cepit, & artes,
Intulit agresti latio, si horridus ille
Defluxit numerus Saturnius, & graue virus
Mundicie pepulere, sed in longum tamen æuum
Manserunt hodieque manent vestigia ruris
Serus enim Grecis admouit acumina chartis,
Et post Punica bella quietus querere cœpit
Quid Sophocles & Tespis & Aeschilus utile ferrent
Tentauit quoque rem si digne vertere posset,
Et placuit natura sibi sublimis & acer,
Nam spirat Tragicum satis & fœliciter audet,

Fij

Liber Secundus,

Sed turpem putat in scriptis metuītq̄ litoram,
Creditur ex medio quia res accessit habere
Sudoris minimum, sed habet Comœdia tanto
Plus oneris quanto veniae minus, aspice Plautus
Quo pacto partes tutetur amantis ephœbi,
Vt patris attenti, lenonis vt insidiosi,
Quantus Dorsenninus edacibus in parasitis,
Qm̄ non abstricto percurrat pulpita socco,
Gestit em̄ nummū in loculos dimittere, post hac
Securus - cadat - an recto stet fabula talo,
Quem tulit ad sc̄enam ventoso gloria curru,
Examinat latus spectator, sedulus inflat,
Sic leue - sic paruum est animū quod laudis auarum
Sub ruit aut reficit, valeat res ludicra si me
Palma negata macrū, donata reducit opimum,
Sæpe etiam audacem fugat hoc terretq; poetam
Q; numero plures, virtute & honore minores,
Indocti stolidiq; & depugnare parati,
Si discordet eques media inter carmina, p̄scunt
Aut v̄rsum aut pugiles, his nam plebecula gaudet,
Verū equitis quoq; iam migravit ab aure voluptas

Epistolarum Horati;

Omnis, ad incertos oculos et gaudia vanā
Quattuor aut plures aulea premuntur in horas
Dum fugiunt equitum turmæ peditumq; cateruæ
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis,
Esse festinant, pilenta, petorita, naues,
Captiuum portatur ebur, captiuua Corinthus,
Si foret in terris rideret Democritus, seu
Diuersum confusa genu, panthera camelō,
Siue elephas albus vulgi conuerteret ora,
Spectaret populum ludis attentius ipsis,
Vt sibi præbentem mimo spectacula plura,
Scriptores autem narrare putaret asello
Fabellam surdo, nam quæ peruincere voces
Eualueret sonum referunt quem nostra theatra?
Garganū mugire putas nemus, aut mare Tuscum
Tanto cum strepitu ludi spectantur & artes
Diuitiæq; peregrinæ, quibus oblitus actor
Cum stetit in sc̄ena concurrit dextera leuæ
Dixit adhuc aliquid? nil sane, quid placet ergo?
Lana Tarentino violas imitata veneno,
Ac ne forte putas, me, quæ facere ipse recusem,

Liber Secundus,

Quæ recte tractent alij laudare maligne,
Ille per extentum funem mihi posse videtur
Ire poeta meum qui pectus inaniter angit,
Irritat, mulcet, falsis terroribus implet
Vt magus, & mō me Thebis modo ponit Athenis
Verum age, & his qui se lectori crederem malunt
Qm̄ spectatoris fastidia ferre superbi,
Curam redde breuem, si munus Apolline dignum
Vis complere libris & vatibus addere calcar
Vt studio maiore petant Helicona virentem,
Multa quidem nobis facimus mala s̄a pe poetæ,
Vt vineta egomet cædam mea, cum tibi librum
Sollicito damus aut fesso, cum ledimur vnum
Si quis amicorum est ausus reprendere versum,
Cum loca iam recitata reuoluimus irreuocati,
Cum lamentamur non apparere labores
Nostros & tenui deducta poemata filo,
Cum speramus eo rem venturam vt simul atq̄
Carmina rescieris nos fingere, commodus vltro
Accersas, & egere vetes, & scribere cogas,
Sed tamen est opera preciū cognoscere quales

Epistolarum Horatij,

Aedituos habeat belli spectata domiq̄
Virtus, indigno non committenda poetæ,
Gratus Alexandro regi magno fuit ille
Cherilus, incultis qui versibus & male natis
Rettulit acceptos regale numisma philippos,
Sed veluti tractata notam labemq̄ remittunt
Atramenta, fere scriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt, idem rex ille poema
Qui tam ridiculum tam care prodigus emit,
Edicto vetuit ne quis se præter Apellem
Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulantia, q̄ si
Iudicium subtile videndis artibus illud
Ad libros & ad hæc musarun dona vocares,
Boetum in crasso iurares aere natum,
At neq̄ dedecorant tua de se iudicia atq̄
Munera, quæ multa dantis cū laude tulerunt
Dilecti tibi Virgilius, Varusq̄ poetæ
Nec magis expressi vultus per ænea signa
Qm̄ per vatis opus mores animiq̄ virorum
Clarorum, apparent, nec sermones ego mallem

Liber Secundus,

Repentes per humumq; res componere gestas,
Terrarumq; situs, & flumina dicere, & arces
Montibus impositas, & barbara regna, tuisq;
Auspicijs totum confecta duella per orbem,
Claustraq; custodem pacis cohibentia Ianum,
Et formidatam Parthis te principe Romam,
Si quantum cuperem possem quoq;, sed neq; paruū
Carmen maiestas recipit tua, nec meus audet
Rem tentare pudor - quam vires ferre recusent,
Sedulitas autem stulte quem diligit - vrget.
Præcipue cum se numeris commendat & arte
Discit enim citius meminitq; libentius illud
Quod quis deridet q; quod probat & veneratur,
Nil moror officiū quod me grauat, ac neq; ficto
In peius vultu proponi cæreus vsquam.
Nec prae factis decorari versibus opto,
Nec rubeam pingui donatus munere, & vna
Cum scriptore meo capsa porrectus operta
Deferar in vicum vendentem thus & odores
Et piper - et quicquid chartis amicitur inemptis.

AD IVLIVM FLORVM,

Epistolarum Horatij,

f Lore bo no claroq; fidelis amice Neroni,
Si quis forte velit puerū tibi vēdere, natū
Tybure vel Gabijs, & tecum sic agat, hic &
Candidus, et talos a vertice pulcher ad imos
Fiet eritq; tuus nummorum milibus octo
Verna ministerijs ad nutus aptus heriles,
Litterulis græcis imbutus, idoneus arti
Cuilibet, argilla quiduis imitabitur vda,
Quinetiam canet indoctum, sed dulce bibenti,
Multa fidem promissa leuant - ybi plenius æquo
Laudat venales qui yult extrudere merces,
Res vrget me uulla, meo sum pauper in ære,
Nemo hoc mangonū faceret tibi, nō tenere a me,
Quiuis ferret idem - semel hic cessauit, & vt fit
In scalis latuit, metuens pendentis habenæ
Des nummos, excepta nihil te si fuga lœdat
Ille feret precium, penæ securus opinor,
Prudens emisti vitiosum - dicta tibi est lex -
Insequeris tamen hunc - & lite moraris iniqua,
Dixi me pigrum, proficisci tibi dixi
Talibus officijs prope mancum, ne mea fæuus

Liber Secundus,

Iurgates ad te q̄ epistola nulla rediret,
Quid tum profici mecum facientia iura,
Si tamen attentas, quereris super hoc etiam q̄
Expectata tibi non mittam carmina mendax,
Luculli miles collecta viatica multis
Aerumnis lassus dum noctu stertit, ad assem
Perdiderat, post hoc vehemēs lupus, & sibi & hosti
Iratus, pariter ieiuius dentibus acer,
Præsidium Regale loco deiecit: vt aiunt:
Summemunito & multarum d̄sute rerum,
Clarus ob id factum donis ornatur honestis,
Accipit & bisdena super seftercia nummum,
Forte sub hoc tempus castellum euertere Prætor,
Nescio quod cupiens, hortari cœpit eundem
Verbis quæ timido quoq̄ possent addere mentem
I bone qua virtus tua te vocat, i pede fausto
Grandia latus meritorum præmia, quid stas?
Post hæc ille catus, quantum vis rusticus ibit,
Ibit eo quo vis qui zonam perdidit, inquit,
Romæ nutriti mihi contigit, atq̄ doceri
Iratus Graīs quantum nocuisse Achilles,

Epistolaru m Horatiū,

Adieceré bonæ paulo plus artis Athenæ
Scilicet vt possem curuo dinoscere rectum,
Atq̄ inter sylvas achademi quærere verum
Dura sed amouere loco me tempora grato,
Ciuilisq̄ rudem belli tulit æstus in arma
Cæsar is Augusti non responsura lacertis,
Vnde simul primum me dimisere Philippi
Decisis humilem pennis, inopemq̄ paterni
Et laris & fundi, paupertas impulit audax
Ut versus facerem, sed quod non desit habentem
Quæ poterunt vnq̄ satis expurgare cicutæ
Ni melius dormire putem q̄ scribere versus,
Singula de nobis anni p̄dantur euntes,
Expiuere iocos, venerem, conuiuia, ludum,
Tendunt extorquere poemata, quid faciam vis
Deniq̄ non omnes eadem mirantur, amantq̄,
Carmine tu gaudes, hic delectatur iambis,
Ille Bioneis sermonibus & sale nigro,
Tres mihi conuiuæ propedissentire videntur.
Poscentes vario multū diuersa palato,
Quid dem, qdnō dein, renuistu, quod iubet alter?

Liber Secundus,

Quod petis id sane est inuisum, acidumq; duobus,
Præter cætera me Romæ ne poemata censes
Scribere posse inter tot curas totq; labores?
Hic sponsum vocat, hic auditum scripta-relictis
Omnibus officijs, cubat hic in colle Quirini,
Hic extremo in Auentino, visendus vterq;
Interualla vides humanæ commoda, verum
Puræ sunt plateæ nihil ut meditantibus obstet,
Festinat calidus mulis geruliscq; redemptor,
Torquet nūc lapidē nūc ingens machina tignum.
Tristia robustis luctantur funera plaustris,
Hac rabiosa fugit canis, hac lutulenta ruit sus,
Inunc & versus tecum meditare canoros,
Scriptorū chorus om̄is amat nemus, & fugit vrbes
Rite cliens Bacchi somno gaudentis vmbra,
Tu me inter strepitus nocturnos atq; diurnos
Viscanere & contracta sequi vestigia vatum,
Ingenium sibi quod vacuas desumpsit Athenas,
Et studijs annos septem dedit, insenuitq;
Libris & curis statua taciturnius exit,
Plerumq; & risu populum quatit, hic ego rerum

Epistolarum Horatij,

Fluctibus in medijs & tempestatibus vrbis
Verba lyræ motura sonum connectere digner?
Frater erat Romæ consulti rhetor, vt alter
Alterius sermone meros audiret honores,
Graccus vt hic illi foret, hic vt Mutius illi,
Qui minus argutos vexat furor iste poetas?
Carmina compono, hinc elegos miserabile visu
Cælatumq; nouem musis opus, aspice primum
Quanto cum fastu, quanto molimine circum
Speciemus vacuam Romanis vatibus ædem
Mox etiam: si forte vacas: sequere, & procul audi
Quid ferat, & quare sibi nectat vterq; coronam.
Cedimur, & totidem plagis consumimus hostem,
Lento Samnites ad lumen prima duello
Discedo Alcæus puncto illius ille meo quis
Quis nisi Callimachus? si plus ad poscere visus
Fit Myrmnermus, & optiu cognomine crescit,
Multa fero, vt placem genus irritabile vatum
Cum scribo & supplex populi suffragia capto,
Idem finitis studijs & mente recepta
Obturem patulas impune legentibus aures,
G

Liber Secundus,

Ridentur mala qui componunt carmina, verum
Gaudent scribentes & se venerantur, & vltro
Sitaceas laudant quicquid scripsere beati.
At qui legitimū cupiet fecisse poema,
Cum tabulis animum censoris sumet honesti,
Audebit quæcunq; parum splendoris habebunt,
Et sine pondere erunt, & honore indigna ferentur,
Verba mouere loco, quis inuita recedant,
Et versentur adhuc inter penetralia Vestæ,
Obscurata diu populo bonus eruet, atq;
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum,
Quæ priscis memorata Catonibus atq; Cethegis
Nunc situs informis premit & deserta vetustas,
Adsciscet noua quæ genitor produxerit usus
Vehemens & liquidus, puroq; simillimus amni
Fundet opes, Latiumq; beabit diuite lingua
Luxuriantia compescet nimis aspera sano
Leuabit cultu, virtute carentia tollet,
Ludentis speciem dabit & torquebitur, ut qui
Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa mouetut
Prætulerim scriptor delirus inersq; videri,

Epistolarum Horatij,

Dum mea delectant mala me veleniq; fallant
Qui sapere & ringi, fuit haud ignobilis Argis
Qui se credebat miros audire Tragœdos
In vacuo latus sessor, plausorq; theatro,
Cætera qui vitæ seruaret munia recto
More bonus sane vicinus, amabilis hospes,
Comis in uxorem, posset qui ignoscere seruis,
Et signo læso non insanire lagenæ,
Posset qui rupein & puteum vitare patentem,
Hic ubi cognatorū opibus, curisq; refectus
Expulit Helleboro morbum, bilemq; meraco,
Et reddit ad se, Pol me occidisti amici
Non seruasti, ait, cui sic extorta voluptas,
Et demptus per vim mentis gratissimus error,
Nimirum sapere est abiectis utile nugis
Et tempestuum pueris concedere ludum,
Ac non verba sequi, fidibus modulanda latinis,
Sed veræ numerosq; modosq; ediscere vitæ,
Quo circa mecum loquor hæc, tacitusq; recordor
Si tibi nulla sitim finiret copia lymphæ
Narrares medicis q; quanto plura parasti
G ij

Liber Secundus,

Tanto plura cupis, nulli ne faterier audes?
Si vulnus tibi monstrata radice vel herba
Non fieret leuius - fugeres - radice vel herba
Proficiente mihi curarier? audieras cui
Rem dñi donarent - illi decidere prauam
Stulticiam, & cum sis nihilo sapientior - ex quo
Plenior es - tamen vteris monitoribus iisdem?
At si diuitiae prudentem reddere possent,
Si timidū, cupidūq; minus te, nempe ruberes
Vixeret in terris te si quis auarior vno,
Si proprium est quod quis libra mercatur & ære
Quedam: si credis consultis: mancipat vsus,
Qui te pascit ager tuus est, & villicus orbi
Cum segetes occat - tibi mox frumenta daturus,
Te dominum sentit, da nummos accipis vuam,
Pullos, oua, cadum temeti, nempe modo isto
Paulatim mercaris agrum fortasse trecentis,
Aut etiam supra nummorum milibus emptum,
Quid refert viuas numerato nuper an olim?
Emptor Aricini quondam Veientis & arui
Emptum coenat olus: q;uis aliter putat: emptis

Epistolarum Horatij,

Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum,
Sed vocat vscq; suum, qua populus assita certis
Limitibus vicina refugit iurgia - tanq;
Sit proprium quicq;, puncto quod mobilis horæ
Nūc pce, nūc precio, nūc vi, nūc morte suprema,
Permutet dominos, & cedat in altera iura,
Sic quia perpetuus nulli datur vſus, & h̄eres
H̄eredem alterius velut vnda superuenit yndam
Quid vici prosunt aut horrea? quidue Calabris
Saltibus adiecti Lucani? si metit orcus
Grandia cum paruis, non exorabilis auro?
Gemas, marmor, ebur, Tyrrhenæ sigilla, tabellas
Argentum, vestes Getulo murice tintas
Sunt qui non habeant, est qui non cura habere,
Cur aliter fratrum, cessare, & ludere, & vngi
Preferat Herodis palmetis pinguis, alter
Diues, & importunus, ad umbram lucis abortu
Sylvestrem flammis & ferro mitiget agrum,
Scit Genius natale comes qui temperat agrum
Naturæ deus humanæ mortalis in vnum
Quodq; caput vultu mutabilis albus & ater,

G ij

Liber Secundus;

Vtar & ex modico quantum res poscet aceruo
Tollam, nec metuam quid de me iudicet heres
Q' non plura datis inuenerit, & tamen idem
Scire volam quantum simplex, hilarisq; nepoti
Discrepet, & quantum discordet parcus auaro,
Distat enim spargas tua prodigus, an neq; sumptu
Inuitus facias, neq; plura parare labores,
Ac potius puer vt festis quinquatribus olim
Exiguo gratoq; fruaris tempore raptim
Pauperies-immunda procul domus absit, ego vtrū
Naue ferar magna an parua - ferar vnuis & idem,
Non agimur tumidis velis aquilone secundo,
Non tamen aduersis ætatem ducimus austris
Viribus, ingenio, specie, virtute, loco, re,
Extremi primorum, extremis vsc priores,
Non esauarus, abi, quid, cætera iam simul isto
Cum vitio fuge, rite caret tibi pectus inani
Ambitione, caret mortis formidine, & ira,
Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,
Nocturnos lemures, portentaq; Thessala rides,
Natales grate numeras, ignoscis amicis,

Epistolarum Horatij,

Lenior & melior sic accidente senecta,
Quid te exempta iuuat spinis de pluribus vua?
Viuere si recte nescis - decede peritis,
Lusisti satis, edisti satis, atq; bibisti,
Tempus abire tibi est, ne potum largius æquo
Rideat & pulset lasciuia decentius ætas,

Ex officina Melchiaris Lottheri
Anno a recōciliata diuītate Mil-
lesimo quingentesimodeciosexto

Et huiusmodi Horae
Puriorum modis illi acceduntur ut huc
Quod ex quoque intermissione quod
Accedit usque ad hunc dicitur secundum
Iustitiam; sicut etiam istud pidiis
Tamen semper nisi ubi non poterit taliter
Et huiusmodi Horae

Ex officina Melioris Longini
Anno sexagesima quindecimatis M
In hismodi daturum est

R IIe
132^a